



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLII. Romana seu Comen. locorum montium. De substitutione
hæredibus aliàs liberè institutis facta in solo casu delicti, An importet
bonorum hæreditariorum vinculum, ita ut eorum liberan ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

rent ea, quæ habemus favore Ecclesie, vel minoris de mora irregulari; Sive magis proxime ea superius insinuata de dilatione ordinata in gratiam & favorem ejus, cui restitutio facienda est, ideoque indubitate remanere videbatur, quod per hunc substitutum fructus saltē à die restitutio in gratiam circa nullatenus prætendi possent, atque ex hoc restabat laesio clara minoris, quod sine causa false pīler aliena debita, ideoque probabiliter dictarum sententiarum infirmatio speranda videtur.

ROMANA

SEV

COMEN. LOCORVM
MONTIVM

PRO

FRATRIBUS DE CICERIS.

*Casus disputatus in Congregatione Montium,
& pro patentibus resolutus.*

De substitutione hæredibus aliàs liberè institutis facta in solo casu delicti, An importet bonorum hæreditiorum vinculum, ita ut eorum libera dispositionem impedit; Et an facto casu talis institutionis competit substituto jus vindicandi bona ante delictum distracta.

SVM MARIVM

- 1 Acti series.
- 2 Loca montium quomodo transferantur in faciem hæredum.
- 3 Fideicommissum in casum delicti, quod vinculet bona, & impedit dispositionem.
- 4 Contrarium verius probatur.
- 5 Substitutio in casu delicti non continet odium vel gravamen, sed potius favorem instituti.
- 6 De Rote decisionibus quomodo intelligenda sint.

DISC. CLII.

VINCENTIUS de Ciceris Comensis, institutus Petro Antonio, Alexandro, & Carolo ejus filiis hæredibus liberè, ac absque aliquo fideicommissi onere in casu mortis, solum in casu delicti (cujus ratione intrare posset confiscatio) disposuit, delinquentem ira & taliter quod bona confiscationi subjaceret posset, censeri triduo ante delictum privatum, seu gravatum ad restituendum ipsius delinquentis filii, vel in istorum defectum cohæribus, juxta consuetas cautelas; Cumque defuncto testatore ac adita hæreditate, in ista quamplura reperirent ut loca montium non vacabilium Urbis, quorum peculiaris natura exigit, ut defuncto potestate, hæredes curent illa in eorum faciem seu no-

men transferri, ad effectum, ut ita eorum fructus exigere, atque de ipsis in forte liberè disponere leant; Hinc proinde eorumdem montium Serius cui onus & cura incumbit diligenter impetrat oneribus & vinculis praesertim fideicommissorum, qua per morientes in eorum ultimis videratibus adjiciuntur, ut eadem in ipsis literis præbus hujusmodi novæ translationis adjici possent alias in hæredū gravatorum facultate efficiunt mentem eludere, dictaque loca numeri pro libito irrecuperabiliter distrahere, facilius natura seu privilegio, ut transeant libenter signatarium à quocumque onere vel vinculis suis litteris patentibus non expresso, ut expoundatur in hac materia locorum montium sub iuri galibus volebat dictum onus adjicere; Quod redes, ut dictam Secretarii difficultatem expoundat, atque obtineret libertam translationem, contentur à judge ordinario sententiam declinare super vinculorum non existentia cum maximacretariis directo de liberè transferendo; Ver quia ista mandata exequutionem non habet, ne eis Secretarii obediunt, nisi etiam accedat ordinatio seu, ut dicitur, *Exequatur Thesaurarii Genitio,* & omnium Montium Superintendens securum, atque tibi res non est omnino clara, ita ut aliquid difficultas, non soleat Thesaurarii solerū cernere vel denegare, cum agatur de reparatione reparabili terrii, sed experat votum Congregationis montium, quæ cum illa Baronum ut plurimum soler, ibique formiter disputatur de eum, non existentia vinculi. Hinc proinde remissum negotio ad Congregationem Montium, quæ sumpta formaliter disputacione cum eidem Galibus partes oppositorum loco quorundam interesse habentium assumentibus.

Dubitandi rationem præbent firmi in parte per Cyriac. controv. 346. ubi protestabatur non vidisse hujusmodi questionem ab anno Etatam in ea est sententia, quod fideicommissum sole casu delicti ordinatum, inter dicuntur hæreditariis gravamen, eorumque liberame non modum dispositionem impedit, ita ut fideicommissi casu intreretroactio infectionem præcedenter factam, atque fideicommissario jus competat bona etiam ante delictum alienata vindicare, dictaque auctoritas magna habebat impressionem ob hujus facilius delictum corruptem immorandi in judicando inviduis auctoritatibus, non examinando, an bene fundatè loquantur necne, fortius vero obiectatatem Rotæ in Romana fideicommissi de Ceffelio Maij 1646. coram Rojas inter suas decisiones, præfamat Cyriaci sententiam refert & sequitur.

Pro dictis hæredibus scribens, dicebam quod absque necessitate disperandi punctum in deliberando ac examinandi, an Cyriacus bene vel male loquatur, cessabat in presenti omnis querela ex dicto cuius ut dicebat præceptor meus, una uincula ferre in causis decidendis plus valet, quam centum libri juris; Si quidem testator in casu delicti non prævit simpliciter delinquentem universa hæreditatem, neque eidem simpliciter ac universaliter substitutionem fecit in omnibus bonis, ut erat in causa Cyriacum tractato, sed substitutio erat solum videtur in ea bonorum parte, quæ applicata vel coligenda esset, seu applicari vel obligari posset alicuius officiali &c. & sic erat substitutio particularis in illis bonis, quæ tunc extantia, conficiuntur.

subjacerent, ideoque intrare non poterat retrotra-
etio respectu bonorum ante delictum distracto-
rum, & quae tanquam amplius non extantia penes
delinquentem non poterant confiscationi subjace-
re & successivè non eadebant substitutio, ut
admitit idea Cyriac. loc. cit. nu. 13. & 14. atque ex
hoc fundamento juxta hæredum votum prodit re-
solutio.

Ceterum quatenus pertinet ad punctum in ab-
stracto, & cum presupposito, quod circumscrip-
ta etiam dicta particuliari circumstantia, ageretur de
substitutione in universum simpliciter ordinata, ad-
huc tamen dicebam, etiam cum sensu veritatis, omni-
nino insuffiscentem malèq; fundata videri dictam
senentiam Cyriaci in ea causa ad pecuniam vel clien-
tis affectionem, more Advocatorum forsitan ut sa-
pissime contingit etiam contra proprium votum
scribentes, cum procedendo cum aliquibus regulis
satis generalibus ac vagis, nullum deducat funda-
mentum vel rationem, quæ istos speciales terminos
perciat vel stringat.

In contrarium vero ponderabam eam pro meo
judicio urgente rationem alias ponderatam ac
dedicatam in Romana seu &c. officiorum discur. 150.
quod scilicet hujusmodi dispositiones vero & rea-
liter non continent fideicommissum tanquam con-
cernens onus & gravamea hæreditis ac favorem sub-
stituti, ut regulariter sunt fideicommissa restitutoria
seu conservatoria odio sam servitatem importantia,
sed continent favorabilem provisionem ipsimet
gravato, ut à delictis abstineat; Et magis proximè,
ut pro eodem in casu restitutionis in gratiam Princi-
pis vel pro ejus filiis & legitimis successoribus bo-
na conserventur, & per sicum irrecuperabiliter
non occupentur, ut advertunt Mastrill dec. 181. nu.
26. & 27. & ceteri, de quibus in d. disc. 150. præter-
minus quoties, ut in prefenti concurreat alia provisio,
ut substitutus denud gravatus censeatur restituere
eisdem gravato facto capaci, atque in Principe gratia
restituto, cum tunc substitutio continere videat-
ur in effectu quamdam fiduciariam conservatio-
nen bonorum substituto commendatam in gratia
& favorem ipsius gravati delinquentis, ut in
gratia rediens bona inveniat à confiscatione vel
multis praeservata, ut etiam adveritur in Perusina
transactionis discur. præc. & conferunt deducta supra
disc. 150. & 149. ut non attendatur delictum, sed ef-
fectus confiscationis qui ex illo resultat; Si ergo hæ-
redis gravata potius favor quam gravamen est, ad
certum finem seu effectum directus, hinc nullo ju-
re nulla ratione dicendum videtur, ut quæ favo-
re inducta sunt, odium ac præjudicium causare de-
beant contra receprissima principia.

Hinc ponderabam deducta apud doctum Surd.
cons. 559. in cuius casu cum adesset fideicommissum
conservatorium in casu alienationis intra certam
æram per gravatum facienda, ac alterum fidei-
commissum indeterminatum in casu delicti seu con-
fiscationis, disputatur de validitate vel invaliditate
alienationis ratione primi fideicommissi seu prohi-
bitionis alienandi, nulla penitus habita dubitatione
ob alteram substitutionem in casu delicti; Pro ut in
casu decif. 255. Orthob. absolute supponitur, ex fidei-
commissu in casu delicti non refutare illud bono-
rum onus & gravamen, quod ex fideicommissu in
casu mortis resultat. Atque ita docere dicebam to-
tius Orbis observantiam, quoniam in illis Regioni-
bus vel Provinciis, in quibus ob delicta etiam priva-
tum totu vel in parte, bona publicantur, omnia fere
testamenta liberam institutionem consintentia

Cardin. Luca de Fideicom.

hujusmodi cautelam fisci exclusivam habere solent,
& tamen bona hæreditaria sunt in libero commer-
cio, ac dispositione; Atque alijs est liberum com-
merciu omnino tollere; Suffragante etiam regula,
quod inducta ad certum finem & effectum illum
egredi non debent, neque danda est extensio fidei-
commissorum & onerum de casu ad casum, Unde
cum hoc substitutio directa sit ad solum finem præ-
servandi bona à confiscatione, intelligenda non est
nisi de illis, quæ tunc extantia hujusmodi oneri sub-
jacent.

Ad auctoritatem vero Rota coram Rojas, dicebam
nullam de ea rationem habendam esse, cum ibi prin-
cipaliter constitueretur fundamentum in expressa
prohibitione alienationis, & sic in fideicommisso
conservatorio, & concurrebat. etiam alterum fidei-
commissum simplex & restitorum in casu mortis,
dicta vero Cyriaci auctoritas deducitur incidenter,
sive ad superabundantia extra causæ necessitatem,
neque iste punctus formiter discussus vel decisus
fuit, ideo dici non poterat quod defuper adesset de-
cisio, que solum adesse dicitur in eo puncto, qui
principaliter disputatus ac decisus fuit, non autem
in iis, quæ incidenter, & nos disputari formiter
puncto in ipsis decisionibus dicuntur, ut sapissime
eadem Rota in quampluribus decisionibus prote-
stata est, dicta enim decisio prodiit in casu de quo
disc p. 150.

ROMANA

SEV

IANVEN. LOCORVM MONTIVM

P R O

FRATRIBUS DE JUSTINIANIS.

*Casus disputatus in Congregatione Montium,
& resolutus ut infra.*

An sicuti substitutio in casu delicti non
impedit alienationem vel liberam
bonorum dispositionem antè quam
fiat casus, ita etiam sequatur in casu
substitutionis ob ingressum in Reli-
gionem, ita ut factò casu substitu-
tionis, ista retrahatur necnè ad
bona medio tempore alienata.

Et aliqua de valida exclusione seu pri-
vatione ingredientium Religionem,
seu vitam clericalem profitentium.

S V M M A R I V M .

1. **F**acti series.
2. **F**Qualitas, conditio vel limitatio temporis adjecta
prima substitutioni an censeatur repetita in se-
cunda.

Hh 2

3. De